



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

75. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

his qui sanguinol. trierit, habendi eum & possidendi habeat potestatem. Sanè si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut ejusdem meriti mandatum nutritori debet donare, aut pretium nutritor, quantum valuerit qui nutritus est, consequatur. [Vide lib. 4. leg. Visigothor. in 4. cap. 1.]

## De homicidiis. Ex Concilio Turonensi.

Concil. Tu-

ron. 1. c. 7.

Burchard. lib.

6. c. 30.

LXXXIII. Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem penitentiae ipsorum crima diluantur.

## De his qui uxores occidunt. Ex Concilio Mogontiacensi.

Burchard. lib.

6. c. 38.

Levit. 19.

Deuter. 1.

LXXXIV. Si maritus uxorem aut uxor maritum interficerit, æquum judicium sit super eos, dicente Domino: Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Et post pauca: Ita, inquit, parvum audieris magnum; nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei judicium est. Idcirco uterque eorum in hujuscemodi criminis accusatione, si negaverit, pari judicio examinetur.

## De eadem re. Ex Capitularium libro III. cap. LXXXIX.

Lib. 1. Capitular. c. 67.

LXXXV. Ut homicidia infra patriam, sicut in lege Domini interdictum est, nec causaulationis nec avaritiæ nec latrocinandi fiant. Eribicunque inventi fuerint, à judicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur. Et non occidatur homo nisi lege jubente.